



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||
celeberrimi, ac Ecclesiae Ham-||burgensis quondam
Decani**

Krantz, Albert

Coloniae, 1574

Capvt XXXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11453

Iohannem in Embica præpositum: & Wilhelmum in infantia mortuū: Henricus & Ernestus diuiserant paternam hereditatem. Albertus genuit filios sex, Albertum episcopum Halberstadensem, Henricum Hildesemensem, Iohannem Magnum ordinis Teutonicorū in Prussia magistrum: Otto Largus, Ernestus, & Magnus terram possederunt, de quibus infra suo loco.

CAPVT XXXIII.

Holsatia per hæc tempora comites, Henricus in Stormaria, & Iohannes in Wagria præsidentes, antiquam de terra Thietmarsie quæstionem renouantes, eam suis iuribus attribuendam crediderunt. Cōtra dixit populus, & ad libertatem proclamabat: Veruntamen Bremensis ecclesie archiepiscopum inuocabat, cuius se ditioni subesse profiteretur. Accepit Giselbertus, tunc archiepiscopus, populi confessionem: & quam petebant, opem promptus indulgit. Misit enim in terram, alioqui inuiam, viros bellicerendos, qui populum infrunitum, si fieri posset, in ordinem digererent, ut essent excipiendis hostibus instructiores. Comites autem quanta poterant armata multitudine, à terra sua, de continenti in palustrem promouerunt agmen: & ordine incedentes, terram hostilem pleni fiducia petiuere. Reticulum omen, primi agminis leporem viderunt, per viam, transuerso itinere discurrere: & sublato venatico clamore, bestiolum exagitârunt: Qui in postremo erant agmine, ab hostium incursum excitum clamorem interpretati, fugam primi iniêrunt: & iam hostes erant in conspectu, qui turbatum inuasere cuneum. Mixtus indè timor, pudorque pugnauere: & à postremis orta fuga, peruenit ad medios: Fuere qui dicerent, nonnullos milites, inuitos in populum istum pugnantes, fugam volentes

volentes inijisse: qui etiam postea à comitibus terra pro-
 pulsi, exilio culpam diluerunt. Sed tum castis captisque
 plurimis, maior sibi numerus fuga consuluit: quod nec-
 dum palustrem ingressi terram, in arido eiusdem regi-
 nis congregari cœperunt. Eam verò controuersiam archi-
 episcopus diremit, quod Henricus comes Holsatia coniu-
 gem acceperat filiam domicelli de Brückhorst, qui Ger-
 manus erat archiepiscopi memorati: Erat verò, cum ista
 gererentur, annus nonus & octuagesimus post mille du-
 centos. In fausto semper auspicio in eam gentem Holsa-
 ti pugnauere. Semel Adolphus tertius, Hartwico secu-
 do archiepiscopo Bremensi tum militans ecclesia auspi-
 cius, gentem superauit: Ceterum quoties sibi comites
 terram subigere sunt conati, improspere vsque in hunc
 diem exitu frustrati abiērunt: quod sequentia deinde
 tempora docebunt.

CAPVT XXXIIII.

Otto Iohannis filius, dux Brunswicensis, qui post
 patrem terram tenuit Luneburgensem, coniugem
 per hac tempora duxit Ludouici filiam comitis de Rhe-
 no Palatini, neptem ex filia Rodulphi Imperatoris, ex
 qua sustulit filios, Iohannem Mindensem, Ludouicum
 Magdeburgensem episcopos, & Wilhelmum & Ottonem
 terra gubernatores: Post quorū interitum redijt omnis
 illa Luneburgensis ditio ad principes Brunswicenses.
 Hoc autem tempore inuentus est, qui se diceret Fride-
 ricum Imperatorem I I. qui se clam diceret suis subdu-
 xisse fastidio rerum, ut quietior uiueret: & mortuum
 subdidisset, quem pro se vulgus hominum tumultasset,
 paucis conscijs concilij sui: Se per annos triginta pere-
 grinatum, nunc reuifere terras Imperij. Tanta profe-
 rebat secretorum indicia, ut quibusdam fidem faceret,
 praeset-